

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

17. Junij. 15. Cal. Julij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

XVI. JUNII.

463

S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

Docuimus, omnem animam, licet o-  
neratam vitijs, peccatis irretitam, tentis  
deputatam cum his, qui inferno sunt: fiducia  
banc in sese posse advertere; non mo- DEUM  
dò unde respirare in spem veniae, in  
spem misericordiae queat; sed etiam  
unde aspirare audeat ad nuptias Ver-  
bi, cum Deo inire fœdus societatis  
non trepidet.



17. Junij. 15. Cal. July.

BEAT FERDINAND E, Princeps Lusi- Passus  
taniæ, & sacræ militiæ Avisiensis, anno  
sub Instituto Cisterciensi, Magister ge- 1443.  
neralis: qui à Mahumetanis per insidi-  
as in Africa captus; post multas contu-  
melias & ærumnas animo, qui regium  
Christianumque Heroëm decebat, su-  
peratas, in squalido carcere vitae simul  
& longo martyrio finem imposuisti.  
Corpus in capsa lignea è mœnibus su-  
spensum, cœlestis per noctem splen-  
dor, aliisque prodigia illustrârunt. E-  
tiam meum vite cursum aliquando capsa  
lignea claudet: in quam si me piâ novissi-

V 4

morum

464 ANNI CISTERCIENS.

morum consideratione abjicerem, quām sa-  
lubria de instituenda vita ratione consilia  
illinc afferrem!

**Floruit** B. T H E R E S I A: quæ soluto con-  
**anno** nubio, quod cum consobrino contra-  
**1229.** here coacta fueras, geminam dotem,

à natura & fortuna acceptam, ad mo-  
nasterium Lorvaniense transtulisti.  
Hic suscepto Cisterciensi habitu, expe-  
riamento diurno didicisti, quanto fe-  
licius nuperis castissimo Sponso San-  
guinum, quām consanguineo. Mutu-

**Prodi**  
**giorum**  
**modus**  
**mira-**  
**bilis:**  
  
**uti &**  
**mortis.**

os enim utrumque amores ostendebat  
tum sanctimonia vitæ, tum potestas  
admirabilis patrandi prodigia: namq;  
solo amplectu claudio reddebas mem-  
brorum sospitatem: plures jamjam spi-  
ritum efflaturos, eodem remedio ex  
mortis faucibus eduxisti. Cùm deniq;  
non ignota obitus hora adesset, ad Ec-  
clesiam te duci rogans, demissis in ter-  
ram genibus te D E O, sub Panis forma  
præsentí, dein circumstanti sororum  
cohorti commendâsti. Omnium ora  
lacrymis obruebantur: cùm tu lètissi-  
ma voce canticum Marianum modu-  
lari incipiens, non antè tacuisti, quām  
post illum versicolum: *Suscepit Isræl*  
*puerum suum: ubi caput manibus exci-*  
*piens, exspirâsti. In eo autem corpo-*  
*ris situ diu immobilem, odoris planè*  
*peregrini*

peregrini fragrantia, & lux cœlestis,  
utraque per totam domum diffusa cin-  
gebant: quibus cum recondito in ter-  
ram corpusculo disparentibus, lucem  
aliam supplices ad sepulchrum per  
innumera beneficia invenerunt. *Vul-*  
*garis loquendi modus est, eum, qui vitam* Mors  
felix.  
*exuit, à morte prostratum. Sed succubuit*  
*in hoc duello prædo immanis, dum te reli-*  
*quit erectam. Tu me ab animæ casu con-*  
*serva immobilem. Cadat corpus, quacun-*  
*que hora Deoplacuerit: modo letali hostis*  
*ictu anima non prosternatur.*

S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant.  
Impulsus, eversus sum, ut cade- Caden-  
rem. [psal. 117.] Impulsor diabo- di cau-  
lus est, impulsor mundas, impulsor sa quis-  
homo. *Quis iste homo sit, queris?* que sibi  
*Quisq; sui. Noli mirari. Usque adeo*  
*homo impulsor sibi est, & suimet præ-*  
*cipitator; ut non sit, quod ab altero*  
*impulsore formides, si ipse à te pro-*  
*prias contineas manus.*

## ELISABETH.

18. Junij. 14. Cal. Julij.

B. ELISABETH, monasterij Schœ- Floruit  
naugiensis Abbatissa: quæ anno anno  
1275. ætatis